

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Dies Quinta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

DIES QUINTA.

Scopus hujus dñi est, discere à Christo, quomodo se ad sumem patienti exercendam præparare debeat Sacerdos; ut hanc enim præparationem ipse Christus non semel discipulos suos hortatus est, maximè verò Jo. 15. dum dixit: Memento sermonis mei, quem ego dixi vobis. Non est ser-
vus major Domino suo. Si me persecuti sunt, & vos perse-
quentur. Erit enim c. 16. Absque synagogis facient vos, sed
venit hora, ut omnis; qui interficiat vos, arbitretur, obsequi-
um se praefare Deo. Sed hac locutus sum vobis, ut, cùm ve-
neris huius, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Hinc
etiam S. Augustinus in ps. 40. monet: Ad tribulationes, pres-
suras, angustias, tormenta, dolores, abundantiam tentatio-
num patremus animos; ne imparati deficiamus; hac enim
nobis scriptura in hoc seculo promittunt. Ne autem falli ti-
meamus à scripturis, sic paulò ante locutus est. Fratres mei;
obsterratis, attendite scripturas nostras, si aliquid se ferre-
runt, & si aliquid dixerunt, & si aliter accidit, quam dixe-
runt. Quia verò Christus triplicem præcipue præparatio-
nem adhibuit, scilicet lotionem pedum, Eucharistia insti-
tutionem, & orationem in horto, ideo quomodo eandem Sa-
cerdos quoque imitari debeat, per triplicem hodiernæ dici
meditationem ostenderur.

Tessera:

Ludam, & vilioriam plūs, quam factus sum, & humiliis ero
in oculis meis. 2. Reg. 6.

MEDITATIO I.

DE LOTIONE PEDUM, SUMMAQUE
humilitate per eam à CHRISTO
exercita.

Punctum I.

Præludia more confueto.
Confidera I. Qua potissimum de causa Christus se adpe-
des

des Apostolorum abjecterit, pedesque laverit, nempe ut huius militatis profundissimæ exemplum pulcherrimum relinqueret; hoc enim ipse Jō. 13. indicavit, dum dixit: *Exempli deo*s* vobis, ut quemadmodum ego feci, ita et vos faciatis quod utique non de lotione pedum, sed humilitate per exercita intelligendum est, ut scilicet, quemadmodum Matt. 11. dixit, discerent ab ipso mites & humiles cordes id est, non modo se minimos omnium per intellectus præciūtū estimarent, sed etiam revera ut tales ab alijs habentes & tractari per voluntatis affectum appeterent.*

Considera II. Quām magnum & præclarum fuere exemplum; si enim magna proflus, teste S. Bernardus, *missus est, & rara virtus est humilitas honorata, mirabile te apparere, & contempibile te reputare;* quantam operet fuisse Christi humilitatem, qui cūm in forma Dei esse non rapinam arbitratus est, esse s' æqualem Deo, sed sicut ipsum exinanivit, formam servi, id est, hominis quoad conditionem status postremi & minimi, accipiens.

Considera III. An non S. Augustinus hoc exemplum considerans meritò to. 2. Epist. 56. dixerit: *Obsecro, & precium rogo, non pati amini sine causa tam pretiosum exemplar*s* vobis exhibutum esse, sed conformamini illi, & remini spiritu mentis vestra.* Vide proin, quomodo hoc exemplar hactenus sécutus sis, & sequi deinceps velis, maxime cūm tam præclaram habess occasionem, Parochianis tu cum magna humilitate te subjiciendi & serviendi, si materiali, spirituali certè pedum lotione, id est, ablutione sacramentali. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quas ob causas Sacerdos specialiter Christi exemplum imitari, profundissimæque humili studere debeat, videlicet I. *Ob summam suam dignitatem quā omnes homines, etiam ipsos Reges, ut alibi ex SS.ibus ostensum est, superat, unde meritò sibi applicare debet salubre Siracidis c. 3. Eccl. monitum: Quanto magnius humiliatur in omnibus, & coram Deo invenies gratiam quoniam magnapotentia Dei solius, & ab humiliatur.* II. *Ob munieris sui qualitatem: cūm enim*

ape ut h
ijs muleris sit Dei gloriā suāque & proximi salutem
pro viribus procurare, merito humilitatem tanquam efficaciam
ūlimum medium ad triplicem hunc finem obtinendum, ar-
rize debet; cūm Deus infirma & humilia mundi eligere
soleat, ut confundat fortia. Unde merito Sacerdos S. Au-
gustini sapientissimum consilium sequi debet, in serm. de
rībis Domini dicentis: *Cogitas magnam fabricam con-
finere col studiis (qualis utique est gloria Dei major, &
propria, proximique perfectio) defundamento prius cogit
humilitatis.* III. Ob patientia necessitatem: cūm enim
as patendi Sacerdoti p̄z teliquis sit necessaria, æquissi-
mid est, ut humilitati quoque specialiter studeat, quia, ut
Deus ipse S. Catharinæ Senensi Dial. c. 154. dixit, humili-
tatis oritur patientia invicta, & hæc patientia est medulla
charitatis, ac signum evidens, ac aperte demonstrativum,
quod anima sit in gratia consistens in Deo. Unde de ipso
Christo S. Paulus ad Philipp. 2. dixit, quod prius humili-
vit seipsum, & postea primum factus sit obediens usque ad
mortem crucis.

Considera II. Quād efficacia sint hæc motiva ad humili-
tatem persuadendam, quamque ad eò verè S. Joannes Evang.
B. Marie Magdalena de Pazzis in raptu dixerit (ut vitæ i-
p̄sp. 4. c. 40. refertur) quod anima, quæ in se habet per-
fectionem humilitatis, facillimè possidebit amorem absque
eo, quod alius exercitium adhibeat ad illum obtainendum;
& numquam inventiatur cor plenum humilitate, quin sit ple-
num amore.

Considera III. Quomodo tu deinceps virtutem hanc se-
stat velis, cūmque in finem semper meminiſſe, quod S. Ber-
nardus in Epist. non verè minūs, quād p̄æclarè dixit: *Nul-
la splendida gemma in omni præcipue ornatu summi Pon-
tificis (& ob paritatem rationis, etiam cujusque sacerdotis)*
quam humilitas; ne nōp se amittitur, illa virtutum aggre-
gatio non nisi ruina est; perit enim omne, quod agitur, si
non in humilitate custoditur, teste S. Gregorio I. 8. moral.
Colloquium ad B. V. rogando, ut, sicut ipsa placuit ex vir-
ginitate, sed ex humilitate concepit, ita quoque similem
humilitatem impetratē dignetur.

Pun-

Punctum III.

Considera I. Quibus medijs uti debeas ad hanc tam necessariam humilitatis virtutem obtinendam, tribus vide cert. I. *Affidua consideratione humilitatis Christi*, ita nam S. Bernardus epist. 87. suavit dicens: *Exinanivit metipsum Christus, ut prorsus praefaret exemplo, quod dominus erat verbo, et ut non apponat se ultrò magnificare super terram; intolerabilis enim est impudentia, ut ab exinanivit maiestas, vermiculus infletur, Et tumescat. Sincera sui cognitio: ita namque S. Bernardus in primo Dei loquens indicavit: O homo, si te videres, misericordes, Et tibi displices: sed quia te non vides, tibi placet, mibi displices. Hinc senex quidam interrogatus à fratre quomodo anima humilitatem adipisci posset respondere: Si sua tantummodo, Et non alterius mala consideret. Unius vitis l'P. l. 3. n. 131. refertur. Humiliatio crebra; unde teste S. Bernardo in Epist. Humiliatio est via ad humilitatem, sicut patientia ad pacem, sicut lectio ad scientiam, ergo virtutem appetit humilitatis, viam non refugit, humilationis, nam, si non poteris humiliari, non poteris humilitatem pervenire.*

Considera II. Quād efficacia sint hæc media, ut pote quæ tot & tam sancti Viri ad summam humilitatem peruerunt, ita ut meritò de ijs usurpari possit verissima Joann Climaci c. 2. & 3. grad. 15. sententia, quā dixit: *Quis aliquem vel audieris, vel videris, intra paucos annos ad summam tranquilitatem (seu perfectionem, quæ est maxima tranquilitatis) acquisivisse, noli hunc existimare, alio quād hanc beatam, celeremque viam humilitatis pede ambulasse:*

Considera III. Quomodo deinceps hæc media usurvelis, diceréque ad Christum per colloquium cum S. Bernardo S. 2. de ascens. Dom. Domine IESU, beatus, qui nubes Ducem habet, non illum refugam spiritum, qui scilicet ascendere voluit, Et tota divinitatis dextera percussus. Nos autem populus tuus Et oves pascua tua, sequamur te, ad te, quia tu es via, Veritas, Et vita: *Via in extremitate, veritas in promisso, vita in premio.*

M E D I T A T I O II.

DE SS. EUCHARISTIÆ INSTITUTIONE.

Itinaria consueta.

Punctum I.

Considera I. Quæ fuerit causa primaria Eucharistiae à Christo instituta, scilicet, ut per eandem sacrificium perpetuum ipse per Sacerdotes velut Ministros æterno Patri suo offerret; ob hanc enim causam S. David ps. 109. dixit: Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Considera II. Quam præstans, Deoque gratum sit hoc sacrificium; si enim sacrificia pecorum, aut thymiamatis olim in veteri testamento oblata tam suavem Deo odorem trahant, id est, tam grata Deo extiterunt, ut & placari se tam facile permittanteret, & tam multiplicia dona offerentibus conferret; quantò magis gratum eidem Deo Patri oportet fusile hoc sacrificium, quod sive offerentē, sive rem oblatam, sive intentionem offerentis species, omnia sacrificia alia etiam collectivè accepta infinites dignitate sua excedit, ita ut merito dicatur à Theologis, etiam si omnes omnium Sanctorum actus virtutis in uno cumulo, Deo cum omni possibili devotione offerrentur, nunquam eos tam gratos eidem futuros, quam sit unicum sacrificium Missæ à sceleratissimo etiam Sacerdote oblatum.

Considera III. Quam magnum beneficium tibi sit collatum, dum præ innumeris alijs hominibus electus es; ut Christi personam in sacrificio hoc offerendo sustinere, tamquam gratum quotidie æterno Patri obsequium offerre, simile que ut Thomas Kemp. l. 4. c. 5. loquitur, Angelos lætificati, Ecclesiam ælificare, vivos adjuvare, defunctis requiem prestare, & teipsum omnium bonorum participem efficere posse, ita ut merito idem Author præ admiratione exclameret: Grande mysterium, Et magna dignitas Sacerdotum, quibus datum est, quod Angelis non est concessum. Certè se haberes Angelicam puritatem, Et S. Ioannis Baptista sanctitatem, non es dignus hoc Sacramentum accipere Et tradare. Itaque attende tibi, Et vide, cuius ministerium tibi

O

tradi-

traditum est per manus Episcopi; ecce Sacerdos factus
et ad celebrandum consecratus. Vide nunc, ut fideliter
 devote in suo tempore Deo sacrificium offeras, *et* te ipse
 irreprehensibilem exhibeas. Colloquium ad SS. Patronos

Punctum II.

Considera I. Quæ sit altera causa hujus institutionis
 nempe ut esset memoriale Passionis suæ; ita enim ipse in-
 cavit, dum statim institutioni subjunxit dicens: *Hac sunt*
in meam commemorationem. Hinc & ipsa panis &
 consecratio seorsim facta, & ceremonia, quæ adhibentur
 scripto Ecclesiæ, ad Passionem Christi in memoriam re-
 candam conducunt; ideo namque Sacerdos, teste pio Au-
 re l. 4. c. 5. habet antese, *et* retro Dominica crucis suæ
 ad memorandam jugiter passionem. Ante se crucem suam
 sula portat, ut Christi vestigia diligenter inspiciat. Pid
 er cruce signatus est, ut adversa qualibet ab alijs illata clem-
 ter pro Deo toleret.

Considera II. Quantas hinc vires accipere quæs ad
 eum cum Christo fortiter & constanter portandam; si en-
 teste S. Gregorio, *Nihil est, quod non equanimiter toleretur*
si Christi Passio ad memoriam revocetur; quando magis
 patientiam tu excitaberis, qui quotidie Christi passionis
 modo tam perfecto in hoc sacrificio recolis.

Considera III. An hactenus hoc medio usus sis ad am-
 patiendi addiscendam, & uti deinceps velis. Colloquio
 ad B. V. orando, si placet, hymnum: *Stabat Mater.*

Punctum III.

Considera I. Quæ sit tertia causa institutionis huius
 scilicet ut Eucharistia esset cibis animæ, eandem ad omnes
 labores exantlandos, adversitatésque fortiter perfettere
 confortans; ita enim S. David ps. 22. indicavit dicens:
Prostrasti in conspectu meo adversus omnes, qui tribulant me.
 Eadem de causâ Christus hunc cibum paulò ante principio
 suæ Passionis instituit, sumptisque ipsem, & Discipu-
 suis distribuit, ut se quidem apparenter atque ad exemplum
 Discipulos vero re ipsa roboraret, atque ad societatem Pas-

factus
fideliter
Ita iſu
Patronu
stitutio
m iplo
Hac ſu
anis &
libenra
ptiam re
e pio Au
uicis ſtu
ucem na
iat. Pia
ata clem
reas ad
am; fi ca
er tolera
d magis
i passio
is ad am
Colloqu
ter.

excitaret; si enim alias in fortitudine cibi, qui tantum figura erat Eucharistia, ab Angelo oblati quadraginta diebus & noctium molestissimum iter tamen facile superavit, quanto maiores vires ipsum figuratum, nempe Eucharistia, communicabit, ut non ad montem Horeb, ut Elias, sed ad montem Calvariae cum Christo ambulemus, eidemque compariamur, & commoriamur.

Confidera II. Quam vel ex hoc titulo iterum te felicem censere debes, quod tam praeclarum medium tibi ad artem patientiae juxta exemplum Christi Magistri ac Duci tui exercendam, oblatum sit, quamque adeo aequum sit, ut, quoniam sive supra, sive infra, sive intra, sive extra te converteris, ubique crucem inventurus es, quotidie hoc cibo cum magna aviditate fruaris, eumque in finem salubrem S. Augustinus super c. 28. Matt., adhortationem tibi applies: *Accipe quotidie, quod quotidiane tibi proficit: sic vive, ut quotidiane meritorum accipere; ne alioqui de te dici queat, quod de Juda infelici S. Hieronymus super Luc. dixit, quod scilicet bibitur (& comedetur) sed non saturatus sit; nec sitim extinxerit ignis eterni, quia indignè sit vivit mysteria Christi.*

Confidera III. Quomodo haec tenus hunc cibum desiderabis, & sumptueris, & summiere deinceps velis; nam, ut rete iterum plus Asceta l. 4. c. 3. notavit, *hac est una principia fidelis anima consolatio, quam diu peregrinatur in mortali corpore, ut sapientis memor Dei sui, dilectum suum devotus suspiriat mente.* Colloquium ad Christum cum congruis affectibus.

MEDITATIO III.

DE AGONIA CHRISTI, ET ORATIONE
IN HORTO.

Pzeludia more lolito.

Punctum I.

Confidera I. Cur Christus tam gravem agoniam & tristiam in monte Oliveti sustinere voluerit, ita ut representatio sola sanguineum ipsi sudorem expresserit, nimurum us solidani iterum præparationem ad securam passionem do-

◎ 2

ceret

ceret, & sic levius adversa tolerare faceret; minus enim ^{ognis} cula feriunt, qua praeidentur; Et nos tolerabilis ^{modic} mala suscipimus, si contra hac per praescientia clypeum ^{debet} nimir, ut recte S. Gregorius ho. 35. in Evang. notavit.

Considera II. In quibus capitibus hæc præparatio ^{data,} stiterit, nempe in sequentibus I. Quod firmi ^{gitten} sibi persuaserit, se secundum puram naturam humanam ^{que pa} etatum, ejusmodi adversitates & tribulationes perpeti, ^{iam ip} cebat, non posse, sed omnem suam sufficientiam ex Deo. ^{Con} II. Quod ad montem Oliveti, id est, misericordiam Dei ^{Mispa} fingerit, ab eaque per ter repetitam ardentissimam omni ^{ho. 7.} nem aut translationem calicis seu passionis, aut certam ^{Virtut} etiam & auxilium ad eundem exauriendum petierit. ^{Lia, que} Quod voluntatem suam Dei voluntati plenissime combinat, atque ideo calicem, ubi transferre eum, Deum ^{mores, de} cognovit, promptissima mente acceperit; hoc enim ^{trahant} cant verba illa Matt. 26. Pater, si non potest transferre ^{debet in} iste, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.

Considera III. Quam solida sit hæc præparatio, digna quam omnes artem patienti discere volentes adhibeant, ^{verfar} pote omnes eos actus, qui in simili casu à sapientissimo ^{ne cent} que præscribi, aut requiri potest, continentem. Vide ^{genie} quomodo tu eam hæc tenus usurpaveris, & usurpare, ^{debet in} ceps velis. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Cur Christus ad suam hanc agoniam ^{ratione celo in} etandam tres dilectissimos suos Discipulos, quibus ^{fusline} monte Thabor gloriam suam ostenderat, secum accepta ^{indicar} videlicet ut per hanc assumptionem significaret, se eos magis diligit, magisque gloria sua olim participes eriperit, prius etiam tristitia & passionis Socios habere ^{anno v} Hinc postea aliquando B. Baptista Verana, ut in Chro ^{Pallio r} Franc. p. 4. tr. 2. l. 7. c. 24. refertur, dixit: Recordare, ^{Christi} gis me tibi ostendisse signum amoris, dum te affixi, ^{Co} dum tenerem arctissime in dulcissimis brachii mei. ^{upote}

Considera II. Cum tu, veluti Sacerdos pariter inter ^{interv} scipulos, & intimos Dei amicos adlectus sis, an non tu ^{cum g} que deinceps tribulationes omnes pro speciali bene ^{ciam}

is enim agoscere, atque adeò per præparationem in priori puncto
illis mea indicatam ad easdem disponere, liberaliterque offerre velis;
Ipsum memor & te ipse inter illos, quibus à S. Paulo ad Philipp. I.
statuit, dictum est: *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut cre-
prationem suam, sed etiam ut pro illo patiamini.* Quod etiam S. Au-
gustinus in lib. de patient. confirmans, *Virtus animi;* inquit,
manantia patientia dicitur, *sunt magnum Dei donum est, ut et-
erpetui, ut amissio, qui nobis eam largitur, patientia prædicetur.*

Considera III. Ad quas præcipue tribulationes in specie te
præparare & offerre debeas, videlicet ad eas, quas S. Gregorius
nam ob ho. 7. sup. Ezech. sequentibus verbis indicavit: *Tribus modis
est certe patientia exerceri solet; alia namq; sunt, quae a Deo; a-
lia, quae ab antiquo adversario; alia, quae a proximo sustinemur.*
Est concomitans proximamq; persecutioēs, damnis, & consumelias sustine-
mus, ab antiquo Adversario tentamenta; a Deo autē flagella
et enim toleramus. Sed in his omnibus Vigilanti animo semetipsam
ansire debet mens circumspicere, ne contra mala proximi pertra-
hatur ad retributionem mali: ne contra tentamenta Ad-
versary seducatur ad delectationem vel consensum delicti:
ne contra flagella opificis prorumpat in excessum murmuratio-
nibus. Vide ergo, quomodo in his te hactenus gesseris, &
Vide per genere deinceps velis. Colloquium ad B. Dei Matrem.

Punctum III.

Considera I. Quem fructum Christus ex hac sua præpa-
ratione reportarit, scilicet ut cœlestis Pater per Angelum de
cœlo missum, ipsum consolaretur, atque ad crucem fortiter
sustinendam animaret, id quod verba illa: *Surgite, eamus:*
indicant.

Considera II. Quomodo Angelus eundem confortarit,
temporaliter, quam ostendendo, cœlestem Patrem om-
nino velle, ut calicem Passionis exhaustiat, eo quod talis
passio maximè conducat ad gloriam Dei, ad exaltationem
Christi, & aliorum hominum salutem.

Considera II. Quam solida & efficax sit hæc confortatio,
ut pote quæ præcipuum motivum Christo obtulerit ad volun-
tatem suam cum Dei voluntate conformandam, crucemque
non tamen cum gaudio amplectendam, scilicet aptitudinem & effica-
ciam ad tripliē finem, qui ipsi in Incarnatione præfixus
O 3 erat,

erat, obtinendum; hinc adeò exarsit hoc motivo in emul-
amorem, ut quondam postea Religioso cuiusdam ex famili-
S. Birgittæ revelarit, se tanto patiendi ardore affici
æterni Patris sui gloriam & honorem, ut etiamnum ad de-
teram Patris sui sedens animas quærat pias & benevolias
quæ sua ei corpora velut commodatò donent, ut ipse in
multa pati, & desiderium glorificandi Patrem suum per
crucem amore plenam continuare possit. Vide proposito
modo & tu hac confortatione te roborare, Christóque
pus & animam tuam ad multa patientia proximi modi
modare velis. Colloquium ad Christum,

CONSIDERATIO

DE CHARITATE ERGA ALIOS HOMINES Curæ Pastorali tuæ non subjectos.

Considera I. Et examina, quid charitas ista à te impulsa
rat, videlicet I. ut neq[ue] minem unquam cogitatione (ponit
spicionibus vanis, temerarijs judiciis, & fastuosis contem-
bus) nec verbo (puta, murmuratione, detractione, au-
daci aut contumelioso sermone) nec opere (puta perfida
ne illicita, damno in opibus illato; aut honore, auxiliis
negato) lædas; hoc enim est primum charitatis officium
quod Tobias senior filio suo juniori c. 4. commendavit
cens: *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide, ne tu alteri feris.* II. Ut proximum tuum pro viribus tuis diligas, cogita-
tione (puta honorificè & bene de ipso sentiendo, &
ipsius excusando, & meliorem in partem interpretando,
ubi excusationem non patiuntur, cum patientia & con-
cordia, condolentia sufferendo) verbo (puta, suaviter ipsum
quendō: leniter, si opus est, corrigendo: honestè de-
loquendo, & detractiones aliorum adversus illum factus
potius remedij avertendo) opere (puta, petita obsequiis
benter concedendo; debitum honorem exhibendo; &
necessitatibus illius hilariter & promptè succurrendo)
proin, quomodo hæc omnia præstiteris, & præstare de-
ceps velis.

Considera II. Cur tu velut Sacerdos specialiter ad hanc

charitate exercendam obligeris, videlicet ob sequentes tres causas. 1. Quia, cum tu quoque ob officij similitudinem Apostolum, & Discipulum Christi te profitearis, tibi quoque proprio convenit illa Christi Joan. 13. adhortatio: *Mandatum novum (non novitate temporis, cum pridem iam a Deo benevoli ut ipse in suum proponit) est, diligere fratrem tuum sicut meus. In hoc cognoscet omnes, quia Discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* 2. Quia, cum DEVUM ob innumera beneficia accepta, clatiorēmque illius cognitionem magis quam alij, diligere tenearis, hoc ipso etiam proximum magis amare teneris, cum hoc habeamus mandatum a DEO, teste S. Joanne 1. c. 4. ut, qui diligit DEVUM, diligit & Fratrem suum; si enim non diligit Fratrem suum, quem dedit, DEVUM, quem non dedit, quomodo potest diligere? vide merito S. Gregorius l. 5. moral. dixit: *Tunc plenius in dilectione DEI proficiimus, cum in ejusdem dilectioni gremio prius proximi charitate laetamur.* 3. Quia, cum nihil in urbe aliqua, vel Regione magis necessarium sit, quam concordia & charitas (concordia namque res parvae crescunt, discordia maxima dilabuntur) atque adeò frequenter & efficaciter alios ad hanc charitatem & concordiam adhortari debeas, et quum est, ut exemplo magis, quam verbo tandem doceas; nam, ut S. Gregorius l. 10. moral. recte advertit, nullum consilium melius est, quam si exemplo tuo fratrem docere studeas, que oportet fieri, provocans eum ad meliora, & consulens ei non solum verbo, aut lingua, sed etiam opere & veritate.

Considera III. Quo medio potissimum uti velis ad hanc virtutem acquirendam, videlicet, ut Proximum tuum velut alterum Christum intuearis (cum Christus Matth. 25. aperit fatus sit, quidquid uni ex minimis fecerimus, se non aliter, ac si sibi factum esset, aestimaturum & compensaturum) & cumdem velut alterum te, aut certe ut membrum ejusdem corporis Mystici consideres; sic enim, cum nemo seipsum odio habeat, sed potius totis viribus diligat, etiam ad Proxi-
mum simili modo diligendum excitaberis. Vide ergo, quomo-
do his medijs usus hactenus fueris, & uti deinceps velis.

Ex libello de imitatione Christi legi potest medium
put 12. lib. 2.

Ex libro Ascetico vel Historico aliquot capita vel folia

Ex libello Exercitorum vero legi possunt Regulæ pote
tiores de discretione Spirituum, quas proin, sicut prae
etiam in compendium breviter redactas huc ponam.

Regula I.

Proprium DEI, & Angelii boni est, veram lætitiam fin
tualem infundere; nam Diabolus hanc lætitiam por
phisticis argumentis veri speciem præferentibus oppug
nat, & expellere solet. Per quam regulam pulchre liceat
stinguere veram & fictam consolationem, dum scilicet
consolatio semper solida & secura media assumit, ficta
fallacijs & fraudibus tantum divinorum prætextu re
utitur.

Regula II.

Solius DEI est animam nulla præcedente causa (id
nullo vel sensibus, vel potentis internis objecto proprie
consolari, & in amorem suum trahere. Ex qua regula am
mentes præsens hauriunt remedium, quo admonentur,
nimium suis viribus incumbant, atque in interioribus
disponendis nimium se fatigent, sed potius per bonam fide
Spiritum contritum & humilem conatum se disponere ali
vinas consolationes studeant.

Regula III.

Quoties consolationis causa præcessit, tunc, cum Angeli
tam malus, quam bonus illius causa esse possit, ex fide
gnoscendum est, à quo proveniat talis consolatio; nam
nus bonam, malus malam operationem intendit. Ce
quam tamen regulam notandum est, non esse hic sermon
de interna intentione Angelica (hac enim cognoset ab
mme non potest) sed de ipsa executione externa insinua
um, nam hujus executionis indicia prudenti conjectura
assequi posse, sat clarè S. Paulus 2. Cor. 2. indicavit, de
dixit: *Non ignoramus cogitationes ejus, id est, fraudes
machinationes.*

Regula IV.

Id moris est Spiritui maligno, ut ab initio simulet se fore bonas cogitationes, mox tamen ad perversa desideria allicit. Hinc ex serpentina cauda, ejus fallacia deprehendi debet, ut verificetur illud Psalmistæ Ps. In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.

Regula V.

Ut clarius cognoscatur, unde motiones interne proveniant, ad principium, medium, & finem earum diligenter attendendum est; si enim ex horum aliquo deprehendatur, animam ad malum impelli, vel à bono avocari, vel pacem animæ turbari, clarum est, eas à maligno Spiritu provenire.

Regula VI.

Quando ex indicijs in priori regula indicatis colligitur mali Spiritus suggestio, expedit totum discutsum revolvere, et dum advertitur, quā ratione bonas cogitationes prætereantur, pacemque turbare conatus sit, facilius fraudes illius careantur.

Regula VII.

Uterque Spiritus eam habet consuetudinem, ut, si animam sibi contrariam inveniat, violenter eam, sicut imber decidens in petram, invadat; si autem consentientem repeat, suaviter in eam, sicut Stillæ in Spongiam, illabatur.

Regula VIII.

Etsi, quando consolatio nullâ præcedente causâ oritur, ea à solo DEO oriri possit, diligenter tamen attendendum est, an non in progressu consolationis aliquid senserimus, vel de liberaverimus, quod à DEO non proveniat, atque adeò neq; assensum mercatur.

Materia Scriptionis.

Hodie utiliter scribi possunt aliquæ SS. Patrum, vel aliorum Doctorum sententiaz, quæ ob Doctrinæ, quam continent, utilitatem præ reliquis notari, & velut regulæ universales assiduè in memoria haberi debeant, quales exempli gratia sequentes esse possunt.

○ 5

I. Fe-

I. Fecisti nos, Domine, ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. S. Augustinus l. 1. Conf. c. I.

II. Quid per multa vagaris, ô Homuncio, quærendona animæ tuæ, & corporis tui? ama unum bonum, in quo sunt omnia bona, & sufficit. S. Augustinus l. de Spir. & n. m. c. 64.

III. Si quæreris, quære; sed non ubi quæreris, quære in te, quia ibi omnia vivunt. S. Augustinus.

IV. Quales imperus habebas ad Mundum, tales habet ad Artificem Mundi. S. Augustinus in Ps. 31.

V. Infelix Homo, qui scit illa omnia, te verò nescit; bonus verò, qui te scit, etiamsi illa nesciat; qui autem te & illo novit, non propter illa, sed propter te solum beatus. S. Augustinus in Confess.

VI. Dilige, & fac, quod vis. Radix sit intus dilectionis, non potest non de radice ista bonum procedere. S. Augustinus in c. 3. Ep. 1. Joann.

VII. Hoc quisque est, quod amat. Si terram diligis, mira es: Si DEVm diligis, quid vis, ut dicam? Deuses. S. Augustinus.

VIII. Si veram cupias addiscere Theologiam, Sit tibi scire DEVS, sit tibi velle DEVS.

Si veram cupias addiscere Philosophiam, Plurima sustineas, pluribus abstineas.

IX. Si vis tranquillam, Charissime, ducere vitam, Sit tibi mors mundus, sit tibi vita Deus.

X. Non quām multis placeas, sed qualibus, cura. Vnde de tranquill.

XI. Quid sis interest, non quid habeas. Idem.

XII. Si vis beatus esse, hoc stude, æternorum iunctu contemnere, & contemni. Idem.

XIII. Oratorem te puta, si tibi ante omnes, quod opereris, persuaseris. Idem.

XIV. Facillimè bonus eris, si ea vitaveris, quæ vituperaveris. Idem.

XV. Tantum ad virtutem adjicies, quantum voluptate detraxeris. Idem.

XVI. Tantum proficies, quantum tibi vim intuleris. Thomas Kemp. l. 1. c. 23.

XVII. Pr.

XVII. Prima virtus Monachi (& cuiusvis Christiani) est, luminum judicia contemnere. S. Hieronymus.

XVIII. Ars vitæ est, rectè sentire, sincerè velle, perfectè eripi.

XIX. Vince, quod delectat: fortiter aggredere, quod terret; ferre leniter, quod dolet. Thomas Kemp.

XX. Ama, & cole S. Scripturam, quia in ea, quidquid docetur, est veritas: quidquid præcipitur, est bonitas: & quidquid promittitur, est felicitas.

D I E S S E X T A .

SCOPUS hujus diei est, ostendere, quomodo Christus artem siplam patienti docuerit, & in præcipuis tribus objectis hujus Artis, scilicet indigentia, dolore, & contemptu se geferit; ad hanc enim omnia, quæ passus est, revocari possunt.

Tessera.

Absit mihi gloriari, nisi in cruce Domini mei JESY Christi, per quem mihi Mundus crucifixus est, & ego Mundo.

M E D I T A T I O I .

DE PRIMO CHRISTI COMITE, SEU INDIGENTIA SVMMA.

Præludium primum est, Christum in cruce pendentem, & omni auxilio, solatiisque destitutum intueri.

Præludium secundum est, petere gratiam, ut hanc Christi indigentiam clare cognoscere, & sedulo imitari queas.

Punctum I.

Considera I. Quantam Christus omnium rerum indigentiam sustinuerit 1. *In cibo & potu*, dum nullum cibum refollantem, qui tamen plerumque Reis ad mortem damnatis liberaiter offertur; & ingenti præterea siti cruciatus, ut ipse per verbum *Sitio confessus est*, nec aquæ guttam, quam tantam sitim extingueret, habuit. 2. *In Vestibus*, dum nudus in cruce pendebat, & nec linteum, quo corporis occulta regret, habebat. 3. *In habitacione*; uti ipse Matth. 8. significavit dicens: *Vulpes foveas habent, & volucres cælestidos*: